



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gegorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Germano Fratri suo Jus Pontificium feliciter, ùt auguror, defensuro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

Et bene Syderibus Vos ipsis confero; namque
Eflis Juridici Lumina Magna Poli.
Hinc Vos inferuit copiosa scientia Legum,
Et stellas PRIMÆ fecerat esse NOTÆ.
His centum numerat melior jam WESTPHALUS annos,
Ex quibus à Vestro Lumine lumen habet.
Imper tenebras timuit post fata PARENTIS,
Et mœsto gemuit pectore: PHOEBE JACES;
At hodie pulsus mœroribus ora serenat,
Dum videt accendi LUMINA TANTA sibi.
Ergo mica, FERNANDE, mica, BAVARUMQUE PER ORBEM
Doctrinæ radios, WESTPHALÆ sparge tuos.
Cede mihi, noménque tuum, laudésque loquetur
Doctior ANGLIPOLIS tempus in omne tuas.
Serique Posteritas dicet: PAR NOBILE FRATRUM,
VOGELLI, Juris Gloria Magna fuit.

Ita

*Pro perpetua gratissimæ Amicitie, & Com-
muniū Studiorum memoria applaudit*
JOSEPHUS LAUBSCHER. J. U. C.

Germano Fratri suo

Jus Pontificium feliciter, ut auguror, defensuro.

Ardua, cum nuper nullo fat Praside tutus
Vellem juridici bella subire fori.
Fugantem votis fratrem Fernande secutus
Dixisti: reducem mox pugil ipse sequar.
Ecce tibi dubiam madidus vix defero pugnam,
Excipis hanc Heros in nova bella ferox.
Fors magis facilem (quod amor Fraternalis anhelat)
Experiere aleam, robur ab arte ferens.
Fors quoque difficilem magis experiere Minervam.
Ne dubita: moles tanta pericla dabit.
Quæ tamen exiguo poteris superare labore,
Tantum obverte truci, quæ geris arma, manu.

Palladis

Palladis ex jussu Perseum in praelia euntem
Instruxit variis hæc quoque Diva modis.
Pectus firmabat validâ ægide, casside frontem,
Hostis quæ faceret lumen abire genis.
Haud multum abfimili catapultræ ardescis ab igne,
Dum pro Sacratæ Juribus arma capis.
Namque Tibi pectus præclara scientia munit
Ægide, quæ cunctas despicit usque minas.
Pro fulgente Tuus Tibi servit casside Præses,
Cujus fulgorem non satis ipsa stupet
Alma Themis, tali sibi plaudens læta Ministro,
Quem casto erudit docta Minerva sinu.
Perge igitur, viridem haud facies marcescere laurum,
Perge, Triumphantem certa Corona manet.

Fraterni amoris ergo aggratulator

WILHELMUS VOGELIUS.

